MELE EMORTUALIA

(Hb hum)

In Obitum

INNOCENTISSIMÆ FOEMINÆ

ANNÆ,

VIRI JURE CELEBERRIMI

Dn.

M. SIGISMUNDI EVENII,

Theologi & Philoſophi per-excellentiſſ: Rectoris Gymnaſij Magdeburgici optimè merentis:

UXORIS DESIDERATISSIMAE.

Pietatis ac debitæ gratitudinis

Ergo

Conſerta

Die 15. Julij ANNO M. DC. XXV.

MAGDEBURGI,
TYPIS PRESSA ANDREAE BEZELI

I.

Eſte procul vittæ lætæ; procul eſte ſorores,
Carmina lugubres lugubria fundimus, eheu!
Heu! Matrona *venit; venit heu! pia quæ fuit, eheu!*
Olim quod decuit, panno eſt obſerta pudica.
Triſtia præcedunt juvenum ora canentia triſtes
Turba ruuntq; virûm nigrûm, plangore togati,
Sericeæ mitræ, queis pendent pallia longa:
En lacrimæ veniunt, veniunt en fœmina turba!
Ecce pios fletus! ut rorant ora Sororum!
In lachrimis abeunt; ſingultu viſcera ſtridunt.
Quis non eſt mæſtus? trahitur, venit en Matrona.
Cedite vos agiles, nos triſtes plangimus; heu! heu!
Vos Doctus *doctas odiſſet jure Sorores*
Numina Cultori *quòd pernicioſa fuiſtis:*
Vos veſtram Sociam? vos deſerviſſe Sororem?
Mirum! At quid miri? quem non ſua Fata ſecuta?
Magne, vices magnas pateris Præceptor honore,
Dimidium ruptum eſt animæ tibi: Non dolor eſſet?
Eſt fateor, magnum: neq; enim mihi carnea fibra eſt:
Tum mihi quid mentis, patrũ ſi fila ſorores,
Tum mihi quid mentis, matris ſi ſtamina Mortæ
Tum mihi quid mentis, fratrum ſi tegmina Noctes
Diſſecuiſſe parent; idem tibi ſuſpicor eſſe.
Et tamen hic variè non nil ſolamina proſunt.
Et niſi te ſcirem prudenti pectore doctum
Quæ ſibi conveniunt (neq; enim leviora tuliſti)
Talibus affarer te; ſis concede loquenti:

Quid

LELT.
2001 SZEPT 24

Quid ſibi vult luctus? tibi, quid Vir maxime, *mœres*
Si mœres; mœres: Fatum tamen usq; manebit:
Hanc brevior torſit, torquet nos longior ætas;
Ut quimus, ſimus; tergo tamen imminet hora;
Vivimus ad tempus; numerat quod clepſydra parca.
Cara fuit conjux; jam carior eſſe decebit:
Quæſo, cave invideas ipſi, quod adepta quietem,
Quam, quotcunq; ſumus, miſeri expectabimus omnes.
Morta licet ſpirare vetet; ſpirabimus omnes
Nos, quotcunq; ſumus, læti ſperabimus horam:
Non Dominum fallit, Domino ſors noſtra rotatur.
Et, tu, Gnate, Puer. Lacrimis tibi perdere vultum
Quin linques tandem? jam abiit Mater, *pia* Mater:
Eſt; abiit: non totum abiit; viſura manet te
Teq;, Patremq; *tuum; ipſam tuq;* Paterq; *videbis.*
Sed tamen ut Patris; *tua ſic,* ſpes Magna Parentis,
Longum obliviſcatur triſtia rumpere Clotho
Stamina. Vos *ſerò venientes aſtra ſalutent.*

FRANCISCUS HENRICUS Cnorrius
Cella-Lunæburg.

II.

SIc eſt: Usq; adeò negat aſpera parcere *flori*
Triga ſororũ, moverit ut *Libanotin* honoram
Omniſeco telo: dùm ſavia Corcla, Verende
EVENI, ſecuit Bigam movitq; decoram;
Dum præſens ceſsit (non deliciantis amàrat
Somnia quæ mundi) felix nimiùm *Matrona:*
Inclyta quam Charis & quam commendabat *Eoia*
Euſebiæ vigor, atq; rei ſolertia privæ:

Quem Gymnaſma Dei ſacrum tentabat acorum,
Aurâ, Epiplexia Cui vires ô tetrica ſumſit!
Manc recens ortò poſuit quod floris habebat,
Ut curſum, dederat quem Chriſte megiſte, peregit.
Sic, *Vir clare*, ſemel quid Conjugio ſacrata
Pòſt fato ſed rupta queant heu! Vincla docebis.
Scilicet ah generoſa tuo de corde perempta eſt,
Portio. Sic ſociâ, dolor heu! viduaris amœna.
Næ Pietas ſyncera facit, nos flebile ſchema
Sumere, deq; choro lachrymis non temperat ullus
Noſtro. Sed quid acor lamenta perennet amara
Incaſſum? Nulli datur hæc rerocabilis! Ipſi
Gratemur potiùs, luctum moderemur Amici:
Utq; hùc manſerunt intermina ſecla Deaſtra
Hæc abijt, divum ſanctis inſerta maniplis.
Fulgeat hoc *muliebre decus*, nova Lampas Olympo
Claro! Sint lacrymæ mœſtæ magmenta Camœnæ.

BALTHASAR CNORRIUS Cellâ-Lunæburgicus.

III.

HEu! mi dies ſubit nunc,
Quâ coſta caſta EVENI
Penetrat ad Deorum
Sedem, dolore digna,
Eſt res, dolete, flete, ut
Per ſecla (crede quiſquis
Es) multa viveret, fas
Eſſet: modeſta & illa
Honeſta, caſta ſemper
Fuit, ſecuta certè

Altis

Altis in omnibus DIS.
Sunt templa ſacra teſtes,
Eſt teſtis ipſe RECTOR.
Aſt jure nunc madeſcant
Mortalium undiq; ora.
Aſt jure ſigna certa
Dant arbores doloris,
Dant arbores doloris
Aſt jura ſigna certa.
Sperata carpit & nunc,
Næ gaudia: aſt dies quod
Eunt, manent mala hujus
Nobis vagis, quoq; & mors.
Ergo modum dolori
Impone, RECTOR, iſti.
Nam quæ fuit fidelis
Conjux tibi, tremorem
Non ſentiet perennem.

JOHANNES Buchholtz *Cellis-Lünæburgicus.*

IV.

IVENI, noſtri vitijs mundi hujus iniques,
Dulce decus, columen rerum tutela mearum,
Quæ tibi cura ſiet, quis luctus, lucta, dolorq;
Non ſit ſermo meus, ſed quem Juvenalis habebit:
Hæc data pœna diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus, multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore, & nigrâ veſte ſeneſcant.
Nota magis nulli, tibi quàm Reverende Patrone
Hæc ſunt, vexato toties à cuſpide lethi,

MATRIS adhuc etenim dilectæ morte dolebas,
Nuncius En Magdeburgum tranſmiſſus ad Urbem.
Halâ, ſignificans, ibi FRATREM funere triſti
Decubuiſſe, Pyli dignum tranſcendere metas.
Hebdomadum quatuor (dolor heu!) vir tempore lapſo
Spe citius cecidit dulcis de corpore COSTA.
Hæc data pœna diu viventibus ut renovata,
Semper clade domus, multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore, & nigrâ veſte ſeneſcant.
Aſt ſcriptura refert, quod ſit divina voluntas
Quæ proprio arbitrio regit â ſe cuncta creata,
Quâ ſine non paſſer liquido cadit æthere terram.
Nobis, ſic morimur nec nos abſente Jehova.
Hanc igitur ſortem toleres Tu mente virili,
Ac tua dic fiat rem Pater alme voluntas
Cumq; die extremo vos complectemini amanter,
Rurſus, victuri felicia ſecula verè,
Hæc quia vita nihil, niſi ſomnia, cura, querela,
Umbra, dolor, gemitus, lachrymarum lumina plena
Ergô tuos gemitus ponas, flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe VIRI, nec vulnere major.

Andreas Handſcio Luccovvaldenſi Saxo.

V.

ΤΩΝ βίος ἀνθρώπων τί ἐστι; ὅδε τὸ ἀτυχὲς ὁ καιρὸς,
Καρπολίμιος ὁ βροτὸς γὰρ ζώει καὶ ταχ᾽ ἀνάγκην
Τοῦ θανάτοιο βέλει δειλοῦ χαλεπῷ ἐχ᾽ ἀάζειν
Καὶ διὰ τῶν ἀτρεκὲς τὸ ἄναξ καὶ μάντις ὁ αὐδᾷ
ΔΑΒΙΔ. Τῆς κολαβὴ ἐστὶ βίοιο τὰ πάντα ἡμῶν
Καὶ ὡς νῦν θάλλει ἄνθος νῦν πέπτωται ἄτως
Καὶ βίος ἀνθρώπων. Φεῦ γὰρ ἄνθρωπος ἕκαστος

οἷς

ὅτι' ἐσθλὸς θνήσει! ἄβαλ' ἡ ποία αὐτὴ ὀλεθρον!
Αὐτὰρ Θεοῦ λιτὸς χαλεπῶς μελετᾷ ὁ χόρτον
Τὸν καὶ μή τι βροτοῦ τινὸς ἐχὶ σοφεῖδεται ἀνδρὸς!
Φεῦ ἄμμιν παράδειγματι γυμνασιάρχου ἄκοιτις:
ἡ θανάτου τρέχεις δεινὴ τύμβῳ ἐπίκειται,
Ὦ θάνατον στρέεις λίαν τοῦτο ἀκοίτηθεν ἄνδρος
Ἐμπείρου τινὶ ἦν ἐν τῷ ἀτυχήματι ἅπαντι
Κουφισμὸς καὶ χαιρεσύνη! τί δὲ κλαίομεν αὐτοῦ,
Ἤδανε ὡς τῷ θεῷ οἰκτίρματι ἦλθ' ἄκοιτις
Σοὶ ἀνὴρ ἔνδοξος τεθνήκη. δήτε διαρκῶς
Σοὶ βιοτεύοιν. θεὸς σε ἀγητὲ ὑπέρτατος δώματ'
οἰκῶν, ὄφρα σὺ τοῦτο φέρειν ἀτύχημα δυνῆται
Ἀνδρείως. αὐτὰρ νεκρῷ τὰ μέλαθρα ὀλύμπου
Εὔχομαι ἐκ καρδίας μου τὴν καὶ ἀνάστασιν δὴ
Κρίματι ἐν λοισθῷ. ἱκέτης θεὸν ἀλλὰ ἀπ' αὐτοῦ
θεῖον ὄφρα διδῷ ἄμμιν πολὺ χάρματα πολλά.

HENNINGUS Engelbrecht/
Oſtherſchlebienſis.

VI.

Vita quid ante Deum noſtra eſt, niſi mortis imago?
Omnia ſunt gemitus: quid magis, orbis habet?
Tempus abit noſtrum ſicut modò pervolat alis
Aëra nec curſus, viſio magna datur:
Sic hominis vita haud aliud quam forma caduca
Quæ mox vaneſcit parva nec ulla fuit.
Nulla datur roſa, quæ non magnis undiq; cincta
Spinis: Omnis honor, magna pericula habet.
Naſcitur en homo fletu paucis vivimus horis,
Heu! fletu morimur, corpora vermis habet.

Eſt

Eſt vitæq́; breve hoc tempus licet inde per annos
Vivas mille, aſt mors inſidiata furit.
Illa dies pungit nimis heu! *Clariſsime Rector*
Qua cœpit Dominus, parte carere ſuâ.
Heu! luget meritò, qui talia triſtia ſentit,
Conjugij partem, tollere triſte videt.
Heu! mors maturè nimis ipsâ conjuge privat
Quæ fuit officij, dulce levaman abit.
Attamen (ut homo) ſic multis ſubjecta periclis
Conjux ipſa fuit. quamquoq́, ſata trahunt.
Nil conſtans mundo: haud obiit maturior annis
Uxorem heu! luges. Lector amande tuam,
Ah! utinam Deus illi multò plura dediſcet
Fila, velut tutor gaudet habere ſuam.
Aſt Deus ipſe lubens curtando ducere cœlum,
Filo, ut in æternos viveret ipſa dies.
Sic eſt: vixit, ſic clauduntur & omnia morte,
Sors hominum: Naſci Vivere triſtè Mori.

Johannes Breigerus Neoburgo-Lunaburgicus.